



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XIX. De Vnionibus Ecclesiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

muni vita congregati fuerint. ... is enim, quod Ecclesia cum coemeterio, & quod proprio gaudere valeant privilegio, permittendum erit. Cavebunt tamen hi, ut injuriosi veteribus Ecclesiis de jure parochiali nequaquam existant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum injuriam ficti convenit.

Episcopo conceditur pro sepultura propria Ecclesiam adificare, aut novum monasterium construere. h. d.

Episcopo quoque in sua parochia novam Ecclesiam adificare permittitur. Sed multum intereest, Ecclesiam monasticis informandam regulis construatur, an vero ex alia causa, forte pro propria erigere velit sepulturis: cum primo casu eandem ex rebus Ecclesiae, cui praesidet, usque ad quinquagesimam tantum partem dotare debeat: secundum vero non amplius, quam centesimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela, ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.

Quae servari debent in construenda Ecclesia, vel consecranda, & quid Ecclesia indidat consecrari non debet. h. d.

Quacunque tamen ex causa nova extruenda sit Ecclesia, observandum est in primis, ut civitatis Episcopus, sine cuius assensu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucem ipse figet, & publice atrium designabit, nec illam antea patietur adificari, aut munus impendet consecrationis, quam dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodium stipendia, sufficere valeat.

Consuetudini novam Ecclesiam potest novum opus munitari. hoc dicit.

Ed e si quis, dum nova construitur Ecclesia, aut proprium, us imminui, aut sibi quoquo modo noceri existimet, novi operis nuntiatione consulere sibi poterit: postquam si legitima non sit impetrata remissio, quicquid adificatum fuerit, sive illud iure, sive injuria, omnino adificantium impensis destruendum erit, negotiumque ipsum secundum legum & canonum statuta terminabitur.

Qui prater Episcopi consensum Ecclesiam construit, sicut iacturam iura parochialis. h. d.

Diversum statuerunt in ea, quæ prater Episcopi consensum constructa fuerit: hæc enim si nemini nocet, destruenda quidem non erit, sed superioris neglectum excluso iure patronatus cum dotibus suis Episcopalis iuribus applicabitur.

Ecclesia debet, quanto potest citius, consecrari. h. d.

Basilica igitur legitime extructa non ante sacris est deputanda a mysteriis, quam manus consecrationis acciperet: quod ne qua divino cultui offeratur mora, quanto poterit citius e, consuecndum erit.

Ecclesia consecranda est ab Episcopo, qui prius baptizavit incolam regnum, ubi constructa est. h. d.

Et si dubitetur à quo dedicanda sit, illud exquiri oportebit, cupis civitatis Episcopus, antequam fundaretur, incolas baptizaverit, & ad cuius consignationem sub annua devotione concurrerint: atque is etiam ad consecrationem vocandus erit.

Ecclesia semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec dicitur iterum, quod ignoratur semel factum. h. d.

Ecclésiæ g autem, vel sitari semel Deo consecratis infans à sacerdote ritè baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus semel Deo dicatus, iterum consecrari. Planè h si de Ecclesiarum, vel altarium consecratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: qui iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur.

a Can. bona rei. pen. 12. qu. 2. & c. pen. extr. de donat. b Can. nemo Ecclesiam. de cons. dist. 1. c C. i. & seq. ext. de novi oper. munitar. d Ministerio. fortè. e Ca. si. ex. de cons. eccl. f Ca. 2. ext. de reig. dom. g Can. eccl. semel. de cons. dist. 1. h Can. solemnitate. h. de ecclesiarum. & can. ecclesia vel. de cons. dist. 1.

ratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: qui iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur.

Ecclesia polluta debet reconciliari. h. d.

Sed si Ecclesia, aut a ab igne exusta, aut fusione sanguinis, vel feminis, vel excommunicati humatione polluta fuerit, etiam si semel antea consecrata appareat, nihil minus diligentissime expurgata, iteratò consecranda, vel reconcilianda erit.

Propter detrimendum altaris, ipsum altare, non Ecclesia est iterum consecranda. h. d.

De eo dubitari contigit, si altare motum fuerit, aut lapis superpositus, qui sigillum continet, contractus, aut diminutus, an Ecclesia debeat iterum consecrari. Et responsum est, ob id Ecclesiam non esse consecrationem iterandam, sed ipsum solum altare denudò consecrandum.

Quibuscumq. diebus potest Ecclesia consecrari, sed solum ab Episcopo, qui ea que sunt iurisditionis, possunt demandare inferioribus: secus que sunt ordinis. h. d.

Confici e autem poterit Ecclesiarum, Altariumque consecratio quibuscumq. diebus, tam Dominicis, quam privatis, sed non a quocunque. Licet d enim aqua per Episcopum benedicta, per alium Episcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit Ecclesia reconciliari possit, idem tamen per sacerdotes simplices fieri non poterit: quia ea quæ iurisditionis sunt, etiam inferioribus Episcopis demandare potest: sed quæ ordinis sunt, inferioris gradus clericis committere non potest.

Non debet consecrari Ecclesia, ubi sepulta sunt corpora infidelium, nisi servata forma huius s. h. d.

Illud etiam animadvertere consecrantem oportebit, ne basilicam e, in qua infidelium sepulta sunt cadavera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur, evulsis inde corporibus, & rasis parietibus & tignis, consecrari poterit.

Festa dedicationum Ecclesiarum debent celebrari. h. d.

Solennitates f quoque dedicationum ipsarum Ecclesiarum per singulos annos erunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dante, qui dum ad festum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omnibus idem faciendi formam tribuit.

Reparatio Ecclesie pertinet ad possessorem beneficii, & Episcopus debet de sua tertio contribuere. h. d.

Hæc de adificandis & consecrandis Ecclesiis, vel altaribus delibasse sufficiat: nam, si repurganda sunt, vel emendanda g, id oneris procul dubio ad eum, qui Ecclesiasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed & Episcopus tertiam partem sibi obtingentem impendere debet. Nunc de Ecclesiarum unionibus, paucis dispiciamus.

DE VNIONIBVS ECCLESIA-
STARUM.
TITVLVS XIX.

Quid sit unio, & quousque. h. d.

Vnio nihil est, quam duarum pluriumve Ecclesiarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo quod plures Ecclesie in unum conjungantur. Vnionum autem duæ sunt species: aut enim perpetuæ sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ fiunt, ut sine præsinitione temporis perdurent. Temporales sunt quæ ad certum tempus, putà ad alicujus vitam influitur.

a Can. Ecclesie semel. var. nisi. de conse. dist. 1. c. proposuisti. c. consuluisti. & c. si. extr. de conse. Ecclesia. b C. i. extr. de conse. Eccles. vel alt. c 2. extr. dist. 1. d Can. aqua per. ca. 9. ex. de conse. Eccles. e Can. Ecclesiam in qua. & can. seq. de conse. dist. 1. f Can. solemnitates. de conse. dist. 1. g C. i. & c. de his. ext. de Eccles. adific.



Causa uniuersalis, necessitas, & utilitas. h. d.

Velut ergo ex causa una Ecclesia, vel Episcopatus in plures diuidi permittitur, sic etiam rebus suadentibus plures Ecclesie in unam coniungi possunt. Causa uero uniuersalis sunt, aut aurgens necessitas, aut evidens utilitas. Necessitas, ueluti cum dux Ecclesie adeo sunt pauperes, ut impossibile sit earum proventus ad victum duorum sacerdotum sufficere: aut, si altera hostium e immunitate desolata sit. Utilitas d, ut cum locorum opportunitas id exposcit, uel temporis qualitas: puta, quia in loco nunc Christianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non petendi idonei sacerdotes ad beneficium procurandum inueniantur. His igitur casibus, ne quid detrimenti diuinus cultus & animarum cura patiatur, debent plura beneficia uel Ecclesie in unum coniungi.

Sicut unire Episcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, sic minores Ecclesie ad Episcopum cui subsunt: inferiores uero non possunt unire. h. d.

Non tamen omnibus passim quaeque; Ecclesie uniuersalis potestas indistincte permittitur, sed certis duntaxat seruis regulis. Et quidem e, sicut unire Episcopatus, atque potestati alienae subicere ad summum Pontificem pertinere noscitur, sic ad Episcopum spectat Ecclesiarum suae diocesis unio atque subiectio. Ab Episcopo itaque inferiores uniuersalis potestatem minime sibi uendicare poterunt. Ideoque, si Prior, uel Abbas monasterium monasterio subiecit, uel unierit, Episcopi consensu minime requisito, quod inconsulto praesule fecerit, non subsistet, nec subiectionem, uel unionem Metropolitanam conferens, uel confirmatio sustinebit, cum is in diocesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones Canonicas attentare.

Episcopus unire potest Ecclesiam alteri, uel loco religioso donare, etiam non uocato Rectore, uel defensoribus, sed propria mensa non potest. h. d.

Vsque adeo autem Episcopo in propria diocesi facultas uniuersalis competit, ut si per eundem consentiente capitulo, Ecclesia Ecclesie, dignitas, uel praebenda uniuersalis, aut religioso loco donetur, ex eo quod Rector ipsius ad hoc uocatus, uel si uacabat, defensor ei super hoc datus non extitit, nequaquam impugnari ualeat. Aliud tamen obtinet, si quam is Ecclesiam mensae suae, uel capitulo uniuersalis duxerit: id enim (et si capitulo consensus accesserit, & loci consuetudo suffragetur) irritum penitus erit: cum uniuersalis utilitas probabilem non recte factae unionis suspicionem ingerat.

In unione facienda requiritur consensus non solum capitulo, sed etiam eorum qui laici possent. h. d.

Nec solum capitulo uniuersalis Episcopi in unione consensus exigitur, sed etiam illorum, qui ex unione laici possent. Unde si aut collegiata, aut patronata, alicuius suffraganei Ecclesia sit uniuersalis, collegii patroni, & suffraganei assensum interuenire oportebit.

Quis sit unionis effectus. h. d.

Secuta uero unione Canonica, statim is, cuius Ecclesie uniuersalis per unionem est applicata, eandem in unitam nanciscitur potestatem, & jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio praesuit: statimque uniuersalis Ecclesie eadem privilegia competunt, quae in principali Ecclesia competere comperuntur.

Per unionem non praescribitur iuribus Episcopalis. h. d.

Sed quari poterit si, si per Apostolicum Ecclesia in certa diocesi constituta, puta in Perusina, Ecclesie alterius diocesis, ueluti Tiphernatis, uniuersalis fuerit, an Ec-

a C. exposuisti. §. si evidens. ext. de prob. b Ca. eam te. ext. de atat. & qual. in fin. & can. uniu. 10. q. 3. c. Can. postquam hostibus. 10. q. 1. d. Can. & temporis. 10. q. 1. e. Ca. sicut unire. ext. de excess. prala. f. Ca. a. ext. de relig. dom.

clesia per unionem alteri connexa, per hoc a iurisdictione praesulis Perusini censeatur exempta, & Tiphernati subiecta? Et responsum est, a iurisdictione prioris Episcopi uniuersalis Ecclesiam non eximi, cum Romanus Pontifex in huiusmodi unionibus singulis Episcopis iurisdictione inuolata seruari uelit.

Unio dissoluitur temporis lapsu, & causa cessante, & ab hoc habent jus uniuersalis. h. d.

Dissoluetur autem unio, si temporalis sit, temporis lapsu: quod si sit perpetua, cessantibus eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab his itidem dissolui poterit, quorum consensu & auctoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quam ut is destruendus habeat potestatem, cui construendi facultas conceditur.

Et licet uacans Ecclesia possit uniri, unio tamen Ecclesiarum vacantium dissolui non potest. h. d.

Illud inter instituendam, & dissolvendam unionem intererat, quod licet etiam uacans Ecclesia alteri possit uniri, si tamen Ecclesie per unionem connexas uacant, contingerit, unio interim vacantium Ecclesiarum dissolui minime poterit.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM ET SUBIECTIONE.

TITVLVS XX.

Immunitas in hoc titulo largi assumitur, & quid sit immunitas hoc dicit.

Immunitas, est a muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem largi accipimus, pro quodlibet Ecclesiarum favore, indulgentia, rigoris remissione, & privilegio.

Triplex est species immunitatis Ecclesiarum, localis, personalis, & realis: & quod immunitas localis est, per quam profana loca, & non consecrata, uel oratoris exercere prohibentur. h. d.

Et autem Ecclesiarum immunitas triplex: localis, personalis, & realis. Localis immunitas est, quae licet ipsi domibus, aliquibus sacrorum adrum inuicem conceditur. Cum enim Ecclesia a secundum Evangelicam ueritatem domus esse debeat orationis, necesse est profanis uisibus esse conuenit alienam.

Processus facti, & sententia lata in Ecclesia, uel conuocata, non nulli. h. d.

Seculares igitur iudices causas, praecipue ubi de sanguinis agitur effusione, & de praena corporali statuatur, in Ecclesiis, uel earum coemeteriis aegre tolerandis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est ueritas constituta refugium. Processus quoque s, quos ab legitima contempta prohibitione, & spreta ultione diuina, factendos duxerint, ac specialiter prolata temeritate, omni firmitatis robore carebunt.

Consilia publica, nundinae & nigra secularia non debent tractari in Ecclesia. h. d.

Publica quoque a quarumlibet societatum, & uniuersitarum conciones, & consilia, nundinarum, aliorumque secularium tractationes negotiorum, confabulationes, & profana colloquia ab his penitus auereri debent.

Conuicia non debent fieri in Ecclesia, nisi ex necessitate: & quod dicitur de Ecclesia, intelligitur etiam de non consecrata & oratorum. hoc dicit.

Sed & conuia, & hospitium, licet illa despicere non oporteat, in sacris domibus celebrari, uel exerceri a laicis non poterunt, nec etiam a clericis, nisi forte transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic relictis operibus iugiter impensa concordet: & ne, ubi peccatorum est uenia postulanda, ibi peccandi detur occasio. Idem

a C. cum Ecclesia. ext. de iur. b Ca. cum Ecclesia. §. secularis. ext. ord. c. Ca. §. si. ext. in 6. d. Ca. §. cessant. ext. in 6. e. Can. non oportet. & can. seq. 42. dist. f. Item.